

Szentmártoni Szabó Géza
Muthnoky Mihály végrendelete
(Pozsony, 1552. február 16.)

Muthnoky Mihály személyét az teszi érdekessé, hogy ő volt Balassi Bálint anyjának első férje. Muthnoky 1526-ban, a mohácsi csata után török fogságba esett, és együtt raboskodott Szendrő várában Majthényi Bertalannal. Az 1540-es években Várday Pál esztergomi érsek és királyi helytartó jószágigazgatója lett (egregius dominus Michael Muthnoky provisor archiepiscopi Strigoniensis).¹ Muthnoky 1552. február 16-án Pozsonyban végrendeletet írt, amelyben Sulyok Anna név szerint is szerepel: „...Residuitatis vero summae medietatem pecuniarum videlicet Juryssith Dominae Annae Swlaky coniugi meae charissimae, alteram autem medietatem Dominae Bregynae Mwthnoky sorori meae charissimae ac liberis suis lego.” Feleségére hagyta többek között nagyszombati házáat is. A végrendeletet követően Muthnoky Mihály hamarosan meghalt. 1553-ban, a gyászév leteltével a megözvegyült Sulyok Anna Gyarmati Balassi János felesége lett.

Néhány regesztázott adalék kíséretében közöljük Muthnoky Mihály végrendeletét.

Pozsony, 1552. március 6.

I. Ferdinánd király már mint elhalálozottnak említi Muthnoky Mihályt. „...Cum Michael Muthnoky, provisor proventuum *Ar*chiepiscopatus Strigoniensis mortem oberit, qui equitibus ac peditibus, ex dicti Archiepiscopatus proventibus interteneri solitis...”²

Pozsony, 1552. március 8.

I. Ferdinánd intézkedése: „...Quandoquidem post obitum Michaelis Muthnoky curam et provisione omnium huiusmodi rerum Thomae Francisci usque ad ulterio ...” „Quisnam in locum demortui Provisoris Archiepiscopatus Michaelis Muthnoky eligendus vel aptior sit, non scimus nos.”³

Bécs, 1552. április 10.

I. Ferdinánd király utasítása Thurzó Ferenc nyitrai püspöknek Muthnoky Mihály örökösei supplikációja ügyében. A levélhez mellékelve Muthnoky 1552. február 16-án kelt végrendeletének Jordán János (Joannes Jordanus) királyi

¹ SZERÉMI [= ODESCALCHI Artur hg.] és ERNYEI József: *A Majthényiak és a Felvidék. Történelmi és genealógiai tanulmány.* I. kötet, Budapest, 1912. 580–583.; *Egyháztörténeti emlékek a magyarországi hitújítás korából.* IV. kötet: 1542–1547. Budapest, 1909., V. kötet: 1548–1551. Budapest, 1912.; LUKINICH Imre: *A podmaníni Podmaniczky-család oklevéltára.* III. kötet. Budapest, 1941. 378.; I. R.: *Fráter György leveles könyve.* In: *Történelmi Tár* 1893. 264–266; RUPP Jakab: *Magyarország helyrajzi története fő tekintettel az egyházi részekre.* I. kötet. Pest, 1870. 675.; NAGY Iván: *Magyarország családai. L–Ö,* Pest, 1860. 583.

² MOL E 21. Benignae Resolutiones 19. cím, 1552. március 6., fol. 5–6.

³ MOL E 21. Benignae Resolutiones 19. cím, 1552. március 8., fol. 15., 18.

titkár által hitelesített másolata. Ez talán az a Jordán János, akinek Heltai Gáspár 1551-ben *Trostbüchleinjét* ajánlotta.⁴

Testamentum extremae et ultimae voluntatis Egregii Domini Michaelis
Muthnaky

[Pozsony, 1552. február 16.]

Includatur Dominis Camerariis Hungaricis 9. Aprilis anno D. 52.

In nomine Dei et individuae Trinitatis. Ego Michael Mwthnaky, corpore quidem aeger, mente tamen per omnia sana, perfecta et incorrupta, primum animam meam commendo Deo omnipotenti creatori ac redemptori meo Domino Jhesu Christo.

Deinde de rebus, bonis ac substantia tam per me ab mea adolescentia acquisita, quae per mortem quondam Ludovici Mwthnaky et Joannis Ywryssyth iure legitimo, tanquam in verum fratrem et successorem eorundem videlicet in me devoluta tali modo dispono, et ante omnia de pecuniis quondam Joannis Ywryssyth germani mei charissimi.

Primo testamento per dictum quondam Ywryssyth germanum meum in anno 1548 disposito ac Maiestati Regiae Domino meo clementissimo medio generosi Domini Joannis Hoffmann praesentato, si quid idem Ywryssyth in extrema voluntate decessus sui ex hac vita addidit, id totum approbo, pro rato ac legitimo testamento accipio.

Dominus Eynczinger Locumtenens Maiestatis Regiae Inferioris Austriae tenetur quondam Joanni Ywryssyth germano meo quinque millibus florenis Rhenensibus.

Item in Civitate Myskolch iuxta Regiae Maiestatis inscriptionem, debentur dicto quondam Ywryssyth tredecim millia floreni Rhenenses.

Ex qua debitorum summa primo et ante omnia solvantur pro debito Domino Joanni Hoffmann floreni Rhenenses.

De reliquis autem persolutis primum iustis ac liquidis debitis si quibus idem germanus meus Ywryssyth debitor mansisset ac satisfactis etiam lagationibus extremae voluntatis eiusdem germani mei, tertiam partem lego Nicolao Jwrissith, ita tamen ut idem Nicolaus Ywryssyth fraterne cum meis orphanis conveniat, in mentem sibi veniat, se quoque morti esse obnoxium.

Item de eadem pecunia Ywryssith tribus orphanis puellis, videlicet Frusinae Nicolai Blagay Elisabethae Griaci ac Helenae Casparis Kwmendy filiabus lego duo millia flor. Rhenen. Ac relictæ Dominae Nicolai Blagay lego flor. centum Hungruicales.

Residuitatis vero summae medietatem pecuniarum videlicet Yuryssith Dominae Annae Swlaky coniugi meae charissimae, alteram autem medietatem Dominae Bregynae Mwthnoky sorori meae charissimae ac liberis suis lego.

⁴ MOL E 21. Benignae Resolutiones 1552. április 10., 19. cím, fol. 49–55. és 56–57., Mikrofilmen: 15.724. sz. doboz. (A lelöhelyre Bessenyei József hívta fel a figyelmemet.)

De rebus autem bonis et pecuniis per me acquisitis, ac etiam illis bonis, rebus et pecuniis per mortem Ludovici Mwthnoky germani mei condescensis in me Domino Caspari Kwmendi lego flor. ducentos Hungaricales.

Et Marthae Bamffy consanguinee meae florenos centum Hungaricales lego.

Deinde ad Hospitale Poseniense flor. decem ac ad Tyrnaviense similiter decem pauperibus lego.

De residuitate vero persolutis primum debitis meis, si quibus me deberi bonis rationibus fuerit comprobatum, et etiam impensa servitorum meorum omnimoda solutione habundan[tem] medietatem omnium coniugi meae, alteram medietatem dictae Dominae Bregynae Mwthnoky sorori meae ac eiusdem liberis lego.

Item de debitis quibus nonnulli mihi obligantur certum extat Regestum ac certae Camerae (?) obligatoriae, quibus exactis ea omnia dominabus videlicet coniugi meae et Bregynae sorori meae pari portione inter se medianda lego.

Augustino Was lego unum equum potiozem Mutza vocatum duos equos, unum album alterum Rey Domino Caspari Kwmendi lego.

Residua omnia pecora et animalia tam mea quia quondam Ludovici Mwthnoky lego Dominabus coniugi meae, et Bregynae Mwthnoky inter eas pari medietate sequestran..

Domum meam in oppido Selye habentem una cum cellario lego Caspari Kwmendy.

Domum autem meam Tyrnaviensem lego charissimae Dominae coniugi meae.

Alteram domum quondam Gregorii Bornemyssa in florenis ducentis impignoratam, si ea redimatur pretium redemptionis lego dominae coniugi meae et Dominae Bregynae lego inhabitandam et possidendam.

Domus in Zenthgyewrg Zerek habita vendatur, cuius pretium inter Dominam coniugem meam et sororem Dominam Bregynam Mwthnoky dividatur.

Juxta sententiam iuridicam est pratum pertinens ad praeposituram Thurociensem apud me in flor. triginta duobus in pignore, cuius prati emolumentum interim, quod redimetur percipiendum ac etiam si redimatur pretium redemptionis Petro Erdewgh lego. Similiter iuxta illius sententiae contenta semen videlicet tritici, ordeï, avenae et reliquorum Bladorum, quod de meo ante resignatam praeposituram Turociensem in agros dictae praepositurae seminatum fuit, mihi per Dominum Thomam Ilyes possessorem illius praepositurae refundi ac reddi debet.

Id totum sive ipsum sit semen sive pretium, quo tunc temporis vendi potuisset praefato Petro Erdewgh lego.

Praeterea protestor illos tria millia flor. Rhenen. quos ad requisitionem Maiestatis Regiae nomine Joannis Ywrissith germani quondam mei sene aliquo interesse Maiestati Regiae mutus ad Cameram Hungaricam suae Maiestatis dederam praeter mille Rhenen. in moneta dupla aureorum Hispanicorum, non pertinuisse ad praedictum germanum meum, sed de mea propria pecunia erant sexingenti flor. Hungar., mille autem flor. Hungar. a

Domino Laurentio Nyary mutuo levaveram, qui et iam eidem ex proventibus Archiepiscopatus sunt plenarie persoluti, ac etiam ad rationem illorum mille flor. Rhenen, quondam germano meo Ywryssyth dum se ad expeditionem Saxoniam proficisci credabat flor. quadringenti, ac alia vice talleri ducenti ac quinquaginta per me eidem sunt numerati, quemadmodum suae litterae quiettan. testantur. Non ob aliam causam, quam ut germanum ipsum meum in gratiam Maiestatis Regiae commendassem, alienam pecuniam, ac si ea fuisset germani mei ad completionem illorum trium millium flor. Rhenen. subrogaveram.

Item ultra praescriptam illam summam de speciali commissione Domini quondam Nicolai comitis a Salmis Generalis capitanei, ac Dominorum camerariorum Camerae Hungar. Regiae Maiestatis ad munitionem Arcium finitimarum Archiepiscopatus Strigoniensis omnibus computatis tria millia et quadringentos flor. Hungar. numeravi, quorum duo millia ac quadringenti per me ad Cameram sunt praesentati, flor. autem mille ex commissione eiusdem Domini quondam Generalis ad manus Michaelis Syck provisoris Arcis Comaron ad munitionem videlicet novi Castelli Leek vocati, assignati.

Ceterum commisserat quoque Maiestas Regia, ut de proventibus decimarum Archiepiscopatus ad manus Magistri ingeniorum ad munitionem novi Castelli numerarem, sed quum idem Magister Ingeniorum pro pecunia ipsa minime venisset, ex commissione Domini praefecti Camerae Hungar. suae Maiestatis diversis vicibus certam summam Emerico Chymory praefecto dicti novi Castelli, quemadmodum quittan. et rationes suae liquebunt numerari.

De residuitate summae illorum videlicet duorum millium flor. Rhenen, Naves, Vehicula et alia instrumenta aedificiis necessaria Viennae coempta sunt, ut etiam in meis rationibus patebit clarius.

Item postremo si me in hac mea aegritudine mori contingat, charissima Domina coniunx mea me honorifice sepeliendum curet ac animae meae curam gerat.

Exequutores testamenti mei lego Egregios Dominos Stephanum Dobo, Georgium Bozkay ac Petrum Redey.

Tutores autem testamenti Reverendissimum Dominum Franciscum a Wylak Episcopum Jauriensem Locomtenentem Regiae Maiestatis, Generosum et Magnificum Dominum Joannem Hoffman, Spectabilem et Magnificum Dominum Andream de Bathor ac Dominum Fridericum Malatestam etc.

In summa supplico Sacrae Maiestati Regiae Domino meo clementissimo tanquam Divo tutori orphanorum, ut hoc testamentum meum clementer approbare et confirmare dignetur, cum ex veteri libertate ipsius Regni Hungariae de bonis per se acquisitis, quilibet meram disponendi habeat facultatem.

Datum Posonii coram Egregiis Dominis Francisco de Kysseryen, Joanne Desewffy de Chernek consiliariis Camerae Regiae Maiestatis, Thoma Borsolo, Ladislao Mossowczy ac Petro Erdewgh decima sexta Februarii, Anno Domini Millesimo, quingentesimo, quinquagesimo secundo.

Ego Joannes Jordanus Sacrae Ro: Hung: Bohemiae et regiaeque Maiestatis secretarius praesentem copiam cum illius vero originali contuli, et quia verbatim concordata incurri, ideo in eius rei fidem testimonii [?] copiam manu propria subscripsi ac meo soluto secretariatus signo comunivi.

J. Jordanus mp.

A további történések regesztázva a következők:

Pozsony, 1552. április 26.

Desewffy János kamarai tanácsos levele Kewrmendy Gáspárnak Nagyszombatba: „De, hogy én a pappal egyéb szerzést tennék, az kit szegény [Muthnoky] Mihály urammal elvégeztünk volt, semmiképpen abban hátra nem mégyek [...] az szegény Gergely deáknak senki nem egyéb adós, hanem szegény Mihály uram, és az ő rabsága is csak őmiatta haladott ennyire, mivel ő inkább egy hitván nem igaz mondónak kedvezött, hogynemmint az szegény rabnak [...] mert énnékem asszonyom és ti kegyelmetek, kik atyafiai vadtok, csak ti kellettök etc.”⁵

1553. március – május között

Muthnoky Mihály özvegye, Sulyok Anna, feleségül megy Balassi Jánoshoz.

Bécs, 1553. június 25.

Malatesta Frigyesnek (Frederico Malatesta), Ferdinánd király titkárának adóságlevele. Az irat szerint Malatesta Muthnoky Mihálytól 600 magyar aranyforintot vett kölcsön. Muthnoky nemsokára meghalt. Malatesta az özvegytől újabb 200 aranyforintot vett fel 1552-ben. Az adóslevél írásakor az özvegy, Sulyok Anna már Balassi János felesége volt.⁶

Nagyszombat, 1553. szeptember 16. (latinul)

Szondy Pál rozsoni püspök és esztergomi vikárius írásos határozata az 1553. augusztus 24-én lefolyt perben. Muthnoky Brigida, néhai Muthnoky Mihály nőtestvére, Rhédey Péter felesége és gyermekei ingóságok felett perlekedtek Sulyok Annával, néhai Muthnoky Mihály özvegyével, most Balassa János feleségével. A terjedelmes irat második részében a vikárius misétől, templomból való eltiltással (excommunicatio) fenyegeti Sulyok Annát.⁷

⁵ Közli: *Régi Magyar Nyelvmélekek*. Szerk.: DÖBRENTEI GÁBOR. II. kötet: *Vegyes tárgyú magyar iratok 1342–1599*. Buda, 1840. 89–90.

⁶ Balassa család okmánytára 135. XVI. század.

⁷ KOMÁROMY ANDRÁS: *A kis rhédei Rhédey család levéltára a Magyar Nemzeti Múzeum Könyvtárában*. In: *MKSz* 1883. 30–60. (a 36. lapon, sajtóhiba miatt 1553 helyett 1556 az évszám) MOL: A Rhédey-család levéltárából kiemelt anyagban: P 1870 = 3. csomó 37. tétel. A Muthnoky család iratai.